



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An sit necessaria singulorum peccatorum memoria, vel eorum, quibus est
Deus præponendus, paragr. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

4 *Lib. I. Cap. I. §. 2.*

eati, saltem propter aliquod ex his tribus motivis, id est, vel propter timorem gehennæ; vel propter amorem gloriæ: vel propter turpitudinem ipsam peccati, animam commaculantis.

3 Dixi (saltem) nam de quodam quarto motivo dicitur infra mox, §. 4. Hæc est doloris natura. Ceterum pro nostro expediendæ Confessionis instituto, notentur sequentia.

§. 2.

An sit necessaria singulorum peccatorum memoria, vel eorum, quibus est Deus præponendus.

4 **N**on esse necessariam singulorum recordationem peccatorum est communis doctrina. Satis est igitur, ut ea in universum detesteris; nam singulorum expressio in oris Confessione,

a Laym
l. 5. tr 6.
c. 4. n. 4.

sefsione requiritur, non in cordis dolore.

¶ Unde quando advertis peccantem tuum valde alicui crimini addictum; ne inculces doloris actum circa illud peculiare peccatum, periculum enim suberit, ne illud ex animo detestetur, dum ejus specialis memoria refricatur; quod in univcrsum, & simul cum aliis, detestandi difficultatem vel nullam sentiet, vel exiguam.

¶ Propter eandem fere rationem non est necesse, immo in infirmioribus conscientis esset periculo satis obnoxium ad particularia, singulaque descendere, quæ Dei sunt amori postponenda: v. g. non oportet sic dicere; super divitias, super vitam, super honorem Deum diligo: satis enim est dicere super omnia Deum diligo, propter quem omnia peccata detestor, & execror.